Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Mirakel in der Diözese Passau im Jahr 1318 (Judenbekehrung nach Hostienfrevel).

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Miraculum pasche In die pasche

Ao 1318

mille homines submersit. Postea hostie honorifice
collecte erant & scribit ille rex quod nisi beata virgo
maria preces ad filium pro mundo fudisset tota illa
terra fluctibus maris mersa fuisset etc.
Item aliud miraculum magnum factum in hyspania pas-
sche in die magno pasche anno domini mo ccco xviii
Judeis in civitate quadam dicte dyocesis de incarnacione
christi conferentibus & similiter & inde questiones ponentibus utrum
per manus sacerdotis panis mortuus posset trans-
formari in corpus christi & vinum in sanguinem. Qui
omnes dubitabant & minime hoc fieri credebant
licet ex aliquibus prophecijs christum credent nasciturum.
Dicebat rex et pontifex eorum qui etiam ditissimus
erat. Probemus ergo isto tempore an fieri possit. Nam cras
est pasche dies quo christiani communicari se solent.
Ego hanc ancillam christianam rogabo & remunerabo eam
ut attendens ferat nobis de pane illo quod omnibus placuit.
Accersit ergo ille judeus ancillam suam dicens: Care tu
diu servisti mihi ultra xxx annis & adhuc egena es
& pauper. Si velles facere quod a te peto vellem te ditare
& vellem tibi dare c. marcas argenti. Que gavisa dixit:
Ego in terram in infernum pro c. marcis. Dixit judeus:
In terram ergo eras ecclesiam & fer mihi de illo pane quo
christiani solent se communicare. Ancilla respondit xxx anni
sunt elapsi quod nunquam intravi ecclesiam. Ego tamen par
credo sicut vos. Et tamen si haberem pallium facerem
quod petitis. Habito pallio crastino intravit eccle-
siam & facta confessione falsa accessit & recepit
corpus christi inter alios homines christianos & subito
exiens ecclesiam venit ad judeos & accepit de ore
& dedit judeis. Qui eo accepto posuerunt hostiam sup-
er mensam quam ad hoc parabant & accipientes subulos &
1 acus infixerunt & perforaverunt totam hostiam. Et in sin-
gula subito foramina exivit sanguis habundanter
ita quod rivus defflueret. Quo viso portaverunt
2 hostiam ad calderium & facto magno igne accepe-
runt caldare magnum cum aqua & applicaverunt
igni tam diu quod aqua incepit bullire & proiecerunt
3 hostiam in caldare & excoquebant ipsam quod tota aqua

quersa fuit in sanguine Quo miraculo viso pote- 12
tes abscondere ne manifestaretur fundebant corpo-
rum aquam in quadam fovea in media in cellario existe- 7 5
tem et volentes obruere cum lapidibus et stercore 6
tunc ipsa hostia adeo pulchra et integra salivit 8
super quandam mensam stantem in cellario Quo viso
acceperunt hostiam et involvebant eam panno albo qua
duplicato tunc per modos plures pani sanguis e-
manabat Tunc dixit rex judeorum Vere hic
est verus filius dei quem christiani adorant Dicebant
alii judei Quid ergo facere debemus Tu es rex et potestas
nostra quicquid tu iubes obediemus tibi Dixit rex Cre-
dere debemus in christum verum filium dei et baptismum as-
sumere Et sic idem rex judeorum baptizatus fuit cum
uxore filiis et duabus filiabus que intraverunt claustra
et multi alii judei Resignavit autem idem judeus
in parata pecunia C marcas auri ex quibus l. calici
parati sunt Resignavit et in suppellectilibus in valore
octoginta marcas eadem hostia adhuc ibidem om-
nibus videre volentibus media tanquam caro cruenta
ostenditur etc

De letanijs

Letanie bis in anno fiunt prima in die marci
ewangeliste et illa dicitur letania maior Secunda
est tribus diebus ante ascensionem domini et dicitur letania
minor Prima letania triplici vocatur nomine vocatur
letania maior Secundo dicitur processio septiformis tercio
dicitur cruces nigre Dicitur letania maior propter tres
causas scilicet racione illius a quo instituta est scilicet a magno Gre-
gorio papa secundo racione loci quia Rome que domina est et caput mundi
tercio racione cause quia instituta est pro maximo et gra-
vissimo morbo Romani enim cum in xl^ma con-
tinenter vixissent et in pascha corpus domini recepissent
postmodum commessationibus ludis et luxurie frena
laxabant Propter quod dominus ad iram provocatus pestem max-
imam in eos misit que inguinaria vocatur apo-
stema sive inflaturam in inguine tam feca autem
illa pestis fuit ut homines in via in mensa in ludis
in colloquijs subito morerentur ita quod aliquis et dum